

Heinrich Rudolph Redecker

**Programma, Quo Rector Universitatis Rostochiensis Heinricus Rudolphus
Redeker/ I.U.D. ac Pandectarum Professor Publ. ... Matronarum ... Annae Dreves/
Funus, Quod Eidem, ceu Coniugi ... Vir ... Dn. Sebastianus Wirdig/ Med. D. ...
Hodie solenniter paratus est, indicit, & ad eundum exequias Omnium ordinum
Cives Academicos serio studioseque invitat. Conventus fiet in Aede Jacobaea
Hora 1. Pomerid.**

Rostochii: Kilius, 1676

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777438879>

Druck Freier  Zugang



76.
Redeker, H. R.,
in
A. D r e v e s ,
uxor. S. Wirdig.
Rost. 1676.

Programma,
Quo
RECTOR
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS
**HEINRICUS RU-
DOLPHUS Redeker**

J.U.D. ac Pandectarum Professor Publ.

Consistorii item Ducalis Adsestor,
MATRONARUM ornatiſſimæ,

ANNAE *Dresden*
Funus,

Quod Eidem, ceu CONJUGI desiderat
VIR

Experientiss. & Excellentiss.

D N. SEBASTIANUS Wirdig/

Med. D. ac Prof. quin Archiater Meck-
lenb. celeberrimus,

Hodiè solenniter paratus est,
indicit, & ad eundum exequias

Omnium ordinum CIVES ACADEMICOS
serio studioseque invitat.

Conventus fiet in *Æde Jacobæ Horæ I. Pomerid.*


ROSTOCHII.

Typis hæred. JOANNIS KILII Acad. Typogr. ANNO M. DC. LXXVI.



Piotrini
Oe
RECTOR
UNIVERSITATIS ROSTOCENSIS
HEINRICI SRI.
DOLPHINIS
J.B.D. ac Pudengtum Piotrini Papi
Corydoni met. Piatz Adelii
MARTOMANII. ambo
ANNAE





Irari Mortis subit inverecun-
diam, lethiferumque eò jam
virus usque serpere, ut ne ipse
quidem MEDENTUM FILII,
fidissimi ceteroquin ~~araduvias~~
~~reniores~~, & valetudinis nostræ
Rectores, amoliri abs foribus
suis necem, præstareq; se fidei
indennes possint. Non ita est
pridem, quùm PROFESSOR

DOCTORQUE MEDICUS, non sine grandi luctu, & mi-
rificâ rerum fortunarumque confusione suarum, Caris-
simam CONJUGEM domo efferendam curaret. Hodiè
idem subire fatum, eandem ferre necessitatis legem co-
gitur parilis VIR conditionis, PROFESSOR DOCTORq;
nim. MEDICUS, dum & ipse dimidiū vitæ suæ, UXOREM,
cui tot annos, tamque concorditer cohabitârat, tristi non
tantùm habitu fronteque, sed animo longè tristiori, TEL-
LURI commendat MATRI. Utroque, & quovis etiam
alio casu, luculentissimè cernere est, Hominem, cùm an-
tè imbecillitatis exemplar, spolium temporis, ludus for-
tunæ, mancipium laborum, miseriarumque gymnasium
fuerit, tandem ipsius prædam mortis esse. Unde conse-
quitur, ipsam quoq; quam in hisce terris agamus, vitam,
nil temere signandam aliud, nisi vallem confusonis,

Carce-

Carcerem afflictionis, perpetuam & ab exilio non differen-
tem peregrinationem, periculosa navigationem, malam
denique mansionem. Quis est, qui non à fletu statim,
quod primum nascentium est omnen, dies annosque suos
ordiatur, & veluti invitus lucem suscipiat? Quis est, qui
pueritiam non inter flagra, robur ætatis inter dura ope-
rum exigat, nunc spei, nunc metus, nunc iræ, nunc amo-
ris ludibrium? Sed enim interea morti semper crescimus,
& semper sumus obnoxii. Ex quo namque carneam hanc
gestare molem fas est, mortem jugiter nobiscum circum-
ferimus; abs quâ non expedituri nos sumus ante, quâ
illam exuerimus. At bellè ab omni parte habet. Non est
prospectò vel instructuosa, vel illætabilis permutatio. Enim
verò hoc pacto pervenire eò datur, ubi nulla amplius ti-
mendi urgere possit caussâ. Progredi, inquam, isthac da-
tur ratione, à periculis in securitatem, à labore in quietem,
à dolore in voluptatem, ab exilio in patriam, ab alto in-
portum, ab orco in cœlum. Utì adeò, exquè hujuscem-
modi caussis, præclarè etiam actitatum arbitremur cum
FUNCTA nostrâ, ceu quæ molestiis omnibus laboribus-
que, quibus exposita hactenus nec unis, nec levibus fuerat,
desuncta tandem, pauculos ante dies, lubricam hanc vitam
cum beatâ ac pacatâ Morte commutarit. Quam felicita-
tem clarissimæ honoratissimæque MATRÓNÆ meritò
exquè animi sententiâ gratulamur, & jam porrò, quæ ad
commendationem ejusdem pertinebunt, quorumque
commemoratio ex ultimis humanitatis est officiis, exequi-
mur. Nata EA est IPSA, die 26. Januar. Anno 1624. Patre
Hasselbeck Drehes / cive apud Nos & Negotiatore planè
eximio; Matreque ANNA Bedmans / Feminarum orna-
tissimâ; quam oppidò tamen infans amisit. Ayus pater-
nus

nus fuit Hasselbeck Dreves / Civis præstantiss. Amplissimi
VIRI, DN. ARNOLDI Hasselbecken / Cos. jam olim REIP.
ROSTOCH. benemerentissimi Nepos. Avia paterna ex-
titit CATHARINA Nissen / sexus sui ornementum ac de-
cus. Avum maternum habuit CONRADUM Gediman /
Civem ac Mercatorem industrium ; Aviam maternam
CATHARINAM Gusebiers / Spectatiss. ac prudentissimi
VIRI, DN. HINRICI Gusebiers / Senatoris quondam ac Ca-
merarii filiam elegantissimam. Hæc FUNCTÆ nascendi
sors contigit; sed tota carnalis, & ad salutem nil collatura
momenti. Proin regenerationis, per quam melioris æ-
ternæque vitæ consors foret, divino usa est beneficio; post-
que æxitate aliquantò proiectior, honestissimam continuò
egregiamque mentem, quam elegantior natura attribu-
erat, præ se se ferre, idque studere summoperè visa est,
ne quia unquam committeret eorum, quæ vel probto sibi,
vel de honestamento esse quirent. Annos nata XX, tori
socia juncta est VIRO Experientiss. & Excellentiss. DN. SE-
BASTIANO Wirdig / Med. D. ac Profess. quin & Serenis-
simi GUSTROV. PRINCIPIS, DN. GUSTAVI ADOL-
PHI, Dn. nostri clementissimi, Archiatro Clariss. Collegæ
& Amico nostro honoratissimo; cum quo confestim post
peractas solenniter nuptias, anteque, quām heic apud nos
officia sortiretur, in LIVONIÆ DORPPATENSEM A-
CAD. Medicinæ ac Physices ibid. Professionibus functuro,
secessit, cumque eodem isthoc permansit hæsitque loco,
usque dum MOSCOVITICA ingruerent Anno 1652. bel-
la, quæ utrosque tandem expulerunt, quanquam ipso
temporis, quo in LIVONIA habitarant, tractu, tres Filios
procreavissent; sc. Patri cognominem SÉBASTIANUM,
lapso nuperimè Anno, Med. D. creatum, Practicumque

Ham-

Hamburg. postque hosce honores inopinâ sublatâ morte:
Dein EMANUELEM, 4to ætatis anno defunctum; de-
nique GASPARUM, J. U. Studiosum, etiamnum super-
stitem, & suavissimæ Matris funera prolixè dolentem.
Ceteroqui conjugium & diuturnum sic satis fuit, ceu
quod totos XXXII. perdurârit annos; & mirè præterea
pacatum. Quod ad vitam moresque MATRONÆ attinet,
sanè perfectâ quasi quâ lâm, quam tota habitaret, exstru-
xisse videri poterat virtutum elegantiarumque domum.
Publicis sacris ac Concionibus mirâ semper interesse de-
votione (nisi fors valetudine impediretur) depensa est.
Sed & domum ad miraculum usque exquisitè, omnium
maximè verò ita administrare docta, uti PIETATIS inibi
urget cum suis exercitia, nec quicquam temerè auspi-
caretur, quod qnidem muners ratio imponeret, prius-
quam DEO reddidisset suum. Certe omnium calamita-
tum ac miseriaram, quas hactenus patimur, caussas, non
ex alio, quâm impietatis fonte, arcessebat, aut quod
non multum curato NUMINE, rebusque divinis insu-
per habitis, in omnis generis flagitia sceleraque certa-
tim penè rueretur. Sed nec quos laborare, aut opis
indigere suæ norat, unquam destituit; largissimè po-
tius, semperque juvit, sic ut ipsa propemodum charitatis
aut liberalitatis habere viscera videretur. Neque
enim rem pietatis planè pleneque absolvî credebat, nisi
proximum ames, sicut temetipsum. Ceteras MATRO-
NÆ dotes silentio jam prætervehimur; & de fine obi-
tuque ejusdem, ipsum Mæstissimum DN. MARITUM
jam tandem sequenti pacto sermocinantem introduci-
mus.

Conjux

Conjux mea desideratissima, cùm naturā tenerimè
fuerit constitutionis, corpusculumque habuerit rariſſi-
ma texturæ, multis abhinc annis valetudinaria, reme-
diis tamen semper suffulta, raro planè clinica evasit;
functionibus enim domesticis & concionibus sacris ritè
semper interfuit. Circa initium Martii, urgentiora
valetudinis sensit in commoda, comprimis autem feri-
nâ tussi graviter concusſa est: cessit quidem hocce ma-
lum, in ejus tamen locum successerunt alii multi com-
plicati morbi, ventriculi, uteri; cumprimis autem in so-
litæ hemorrhagia, quæ sanguinem non tantum confer-
tim, sed spiritus unâ & vires evacuarunt. Genero-
ſiſſimis quidem & his contraitum est remediis, resti-
tante duntaxat virium jactura. Sacram, pro ani-
ma salute Medicinam anxie desideravit, Sacram Syn-
axis, quâ etiam, exhibente Pl. Reverend. & Clar.
DN. M. LUDOVICO BARCLAJO, Confessionario
noſtro vigilantissimo, mirificè refecta eſt. Omne re-
liquum tempus precatiōnibus inſumſt, & continuis ad
Deum ſpiriis, ſibi DEoque ſuo ſola relictā, supplica-
vit, sanctissima Eus ut fiat voluntas; in cuius bene-
placito. onſtanter perseveravit, ac quievit, inque **DO-**
MINO JESU ſuo, quem indeſinenter, ut veniens ve-
niret, animalamque ex ergaſtulo liberaret, invocavit.
29. Aprilis, h. 2. pomeriana, tandem placidissimè
obdormivit.

Huc

Huc usque ipse. Vestrarum jam partium, CIVES ACADEMICI, fuerit, FUNCTÆ frequentes ire Exequias: quod officii atque benivolentiae genus ipsi præcipue etiam lacrimis mœroreque merito DN. MARITO, PROFESSORI, VIRO OPTIMO, deque ACAD, quin valetudine quoque nostra præclarè cotidiè merenti, debebitur: Nosq; uti in præstanto mihi legnes sitis, parilique occasione, quam lubrico nostræ mortalium res fulciantur tibicinæ, memineritis, seriò studioseque abs vobis contendimus.

P.P. Rost, sub Sigillo Universitatis,
A.O.R. M.DC.LXXVI.
die 5. Maij



Conjux mea desideratissima, cum
fuerit constitutionis, corpusculumq
mæ texturæ, multis abhinc annis va
diis tamen semper suffulta, raro
functionibus enim domesticis & co
semper interfuit. Circa initium A
valetudinis sensit in commoda, cum
nâ tussi graviter concussa est: cessit
lum, in ejus tamen locum successera
plicati morbi, ventriculi, uteri; cum
litæ hemorrhagia, quæ sanguinem n
tim, sed spiritus una & vires eva
sisimis quidem & his contraitum
tante duntaxat virium jactura.
ma salute Medicinam anxie deside
axin, quâ etiam, exhibente Pl. R
DN. M. LUDOVICO BARCLAI
nostro vigilantissimo, mirificè refeci
lium tempus precatiobus insump
Deum suspiriis, sibi D Eoque suo so
vit, sanctissima E us ut fiat voluntas
placito. constanter perseveravit, ac qu
MINO JESU suo, quem indefin
niret, animulamque ex ergastulo h
29. Aprilis, h. 2. pomeridiana, t
obdormivit.



perrimæ
trarissi
i, reme
a evasit,
eris ritè
gentiora
em feri
ce ma
lti com
m in so
confer
Genero
, resti
ro ani
m Syn
Clar.
lionario
mne re
inuis ad
supplica
us bene
e DO
niens ve
vocavit.
cidissimè

Huc